



FRANCI
SCI PATRICII SENENSIS
PONTIFICIS CAETANI DE

Institutione Reipub. Libri nouem, historia-
rum sententiarumque varietate refer-
tissimi, cū annotationibus mar-
gineis, Indicoque vocabu-
lorum, factorum, dicto-
rumque memo-
rabiliū
copiosissimo, littera-
rum serie phyluratum digesto.



Apud Ioannem Paruum. M.D.XXXIIII.



FRANCISCI PATRICII SENENSIS
PONTIFICIS CAIETANI DE IN-
STITVTIONE REIP. LIB. PRIMVS.



AD SENATVM POPVLVMQUE SE-
 nensem Francisci Patricij Senensis pontificis Caietani,
 Epistola.



DIVT VRNAE peregrinationis meę honesta cau-
 sa efficit, vt desiderium optatę patrię longe tolerabi-
 lius perferam. Nam si qua alia ratione tandiu abfuis-
 sem, certe senio, atque incerore iam pridem confectus
 essem. Sed pontificij Caietani, cui per religionę chri-
 stianam pręsum munere impeditus, æquiore animo
 patrię consuetudine, & suauissimis conciuum meo-
 rum sermonibus huc vsque carui. Eblanidita tamē mi-

hi non parua ex parte amoenitas Caietanę vrbis, & ciuium in me indulgen-
 tia. Qui non vt peregrinum & aduenam, sed vt indigenam, ac conciuem me,
 omni officio, omni que pietate complectuntur. Additur etiam mirifica quędā
 regionis vbertas, & admiranda cœli salubritas, quę homines ad multam vs-
 que ætatem sanos incolumesque alit. proinde minus admirandum est Scipio-
 nem Africanum solitum fuisse dicere se repuerascere, cum ad Caietam vna
 cum Lælio amico seu Conchas legeret, & vmbilicos. Nunc autem negocijs
 quibusdam necessarijs expeditis, effectisque pro tēpore rebus alijs quibus vs-
 gebar, spero me aliquādo in patriam profecturum. Tum vt eius desiderio me
 tandē expleam, tum vt ciuium vernacula festiuitate fruam. Interea tamē dum
 absum, patriam meam esse duxi. libros quos nuper de institutione reip. ab-
 solui, ad illustram senatum clarumque populum Senensem mittere, vt aliqua
 ex parte conciuēs mei me reducē in patriam cernere possint. Nihil enim es-
 se potest quod magis hominem inducet quam sermo. Sensum enim mentis as-
 perit, & animum ipsum exprimit, qui & diuinus est, & maxima atque optima
 hominis pars esse perhibetur. Hinc illud Socratis cum tacenti adoleſcēti ait.
 Loquere vt te videam, cum non ex corporis facie, sed ex animi habitu homi-
 nem intuentum esse censeret. Nec adeo arrogans sum, vt præcepta ciuilitatis sa-
 pientię viris Senensibus me tradere posse existam. Cum hoc mihi omni-
 no persuaserim mihi de humana societate præcipi posse, quod vestris institu-
 tis, ac legibus non omni ex parte perfectum absolutumque sit. Recensebo ta-
 men vetera nonnulla quę additu fortasse non erunt inuocunda. Et si lautam su-
 pellectilem vestram non illustrabunt, ostendent prorsus prisca consuetudine
 instituta vestra comprobata esse, & a sapientię fontibus hausta. Gratum enim
 viatoribus esse solet, eorum vestigia sequi qui recte ambularunt. Et optimi gu-
 bernatoris est arte cursum dirigere, quia facile plurimā in portum delati sunt.

¶ Vnum tamen patrię iure impetrare cupio, vt vindices librorum meorum
 esse velitis. Scio enim obtrectatores mihi non defuturos. Et præsertim cum
 cernā singulos quosque scriptores præclarissimarum artium ab illis ad vnum
 vsque laceratos esse, & homerum imprimis qui poetarum parens fuit, & om-
 nium disciplinarum dux, is emulos complures habuit, & zotium præcipue ma-
 cedonem, qui vt ingenium suum diuino poetę præferret ausus est in Iliadem,
 Odissæamque scribere. Cognomēque inde verberatoris homerici affectauit.
 Qui igitur inuidiæ moribus carere poterit nisi vos adiutores, ac vindices im-
 petraſſet

Ex secūdo de
 Oratore.

Sermonis vis

Socratis dictū

Homerus ab
 inuidis laceratus.
 zotio⁹ Home-
 romaſtix.

IOHANNES DE VITRUVIO

DE ARCHITECTURA LIBER PRIMUS

¶ HOSCE NOVEM LIBROS FRANCISCI Patricij Senensis, Pontificis Caietani de Institutione Reipublice excudebat Petrus Vidouanus Calcographus solertissimus, Impensis Honestorum virorum Ioannis Parui, ac Gallioti a Prato. Vniuersitatis Parisiensis Bibliopos. Iura. Anno a Christo nato trigesimo quarto supra sesquimillesimum, ad Calendas Ianuarias.

REGISTRVM CHARTARVM.

¶ Tabula materiarum, cum Indice titulorum.

| | | | | | | | | | |
|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|
| iiij | iiij | iiij | iiij | iiij | iiij | iiij | iiij | iiij | iiij |
| a | b | c | d | e | f | g | h | i | k |
| iiij | iiij | iiij | iiij | iiij | iiij | iiij | iiij | iiij | iiij |
| l | m | n | o | p | q | r | s | t | v |
| iiij | iiij | | | | | | | | |
| x | y | | | | | | | | |

Omnes sunt terni.

Parte de...
Optima est...
Parte de...
Parte de...
Parte de...
Parte de...
Parte de...
Parte de...
Parte de...
Parte de...

LIBRARIUS
UNIVERSITATIS
PARISIENSIS



UNIVERSITY
OF CALIFORNIA
LIBRARY